



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 52. Bulla Eugenii de translatione vel dissolutione Basileensis Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1437.

*coram Synodo Basileæ compareat. Dico m-
tem elapso termino, siue comparuerit siue non,
eadem hæc Synodus ad ulteriora procedet,
cognoscendo, & terminando, prout conspexerit expedire. Universis insuper S. Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus præcipit, ut in civi-
tate Basileensi compareant, salutis S. Matris
Ecclesiæ consulturi, & opportune provisuri.
Hoc ipsum quoque universis Principibus &
populis Christianis vult innotescere, ut viden-
tes S. Matris Ecclesiæ, & universæ Christiani-
tatis angustias in unam sententiam pro ho-
nore Dei, & animarum salute pariter contem-
niant.*

§. LII.

*Bulla Eugenii de translatione vel dis-
solutione Basileensis Synodi.*

Hac Concilii citatione non modo Pon-
tifex adeo nil commotus fuerat, ut
potius duodecimo die ante elapsam cita-
tionis terminum alteram Bullam de trans-
ferendo vel dissolvendo Concilio publica-
ret, declarans, illam omnino executioni
dandam, si duplex emergeret casus, Pri-
mo, si & in quantum in Basileensi Concilio
existentes, in obstinato proposito suo perse-
raverint, vigore prætensi citatorii in aliquo
procedendo, aut contra Papam, vel Cardina-
les, vel Præsidentes & oratores suos, aliquam
aliam novitatem inferendo. Ac propterea
sub

sub gravium poenarum interminatione Sæcul. XV.
 prohibebat, *ne in Basileensi civitate aut ali-* A. C. 1437.
bi deinceps Concilium, aut aliquis conciliaris
actus teneantur, excepta sola causa Bohemo-
rum quoad articulum communionis sub utra-
que specie, quem solum articulum infra trigin-
ta dies cum Bohemiæ Legatis adhucdum
Basileæ commorantibus continuari posse
indulfit. Secundum vero casum Euge-
nii hisce expressit: Hanc autem transla-
tionem, ipsis Græcis venientibus ex nunc pro
ex tunc, & ex tunc pro ex nunc locum ha-
bere declaramus; proin ante horum ad-
ventum Basileenses synodaliter congregati
manere valeant ().*

§. LIII.

Synodus Ferrariam per Eugenii Bul-
lam convocata.

Eodem tempore Eugenius Papa Syno- Conc. to. 13.
 dum Ferrariæ celebrandam edita p. 21.

T 3

Bulla

(*) Hæc addidit Continuator, inde conten-
 dens, Basileensem Synodum ab Eugenio usque
 ad adventum Græcorum confirmatam fuisse;
 cum tamen duntaxat sub conditione, *si Basileen-*
ses respiscant, Synodum Basileæ continuari per-
miserit, quam advenientibus Græcis pure &
simpliciter translata declarat, ut ex sola hu-
jus Bullæ lectione apparet.